

143
Nobilissimo Matthæo Borja

S. P. D.

Anders Johan Retzius.

Nimis tarde ad me pervenerunt humanissima Tua Littera,
quibus me de honore plane inexpectato certiores fuisti. Tædet
me sane plurimum hujus more, nam ingrati animi culpa
reum me si peragitis, in tanto locorum intervallo vix inno-
centia mea Vos convincere possim. Verum tamen est parum
defuisse, quin sesquiannus elapsus fuerit, ante quam ad me
pervenerit amicitissima Tua epistola. Eius ergo animi ut eiga
me sis, vehementer queso, ut non solum Illustri Vestro Acade-
miæ ob honorificam receptionem, gratam meam mentem
declares, verum etiam ab omni more culpa me liberet.

Tæce vanitas nobis adheret, licet sapientis hominis est
illam deprimere, ut inviti quasi gloriam queramus; nul-
la autem gloria erudito major simulq; innocentior, quam
a Viris eruditione illustribus affirmari. Hinc quoq; facile
patet quo animo honorificam Academicam Vestram Vocationem
habeam, quantis hanc faciam. Licet Vester posthac salubri-
possim & debeam, a Vestro coetu abesse jubet. Locorum distan-
tia, Vobis vero additum me semper invenietis, & quantum
Vires permittant Academicæ commodis inferviturum.

Huc usq; unicum inles Vos numeravi amicum, scil. D^{us}
Gvalahd^{us}, cui sine dubio honorem vocationis debeo, jam
vero de Tua etiam mihi gratulari licet amicitia ac con-



pretudine, cum quoque quantum permittat regionum
intervallum colam.

Ut R. Academicam meo nomine humillime salutes,
meamq; officiosissimam observantiam coram Illam
commemores rogo & obsecro. Vale Vir Nobilissime
mihiq; semper fave.

Dabam Lunda in Svecia d. VI. Aug. 1789.

Monsieur

M

3

Monsieur Mathieu Borja

Secrétaire de l'Académie des
Sciences & belles Lettres

St. Germain.

Monsieur

